



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt omnis presbyter vas baptismale habeat. xiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

Vt omnis presbyter vas baptismale habeat.

Cap. XIII.

Ex cōcil. Meldēsi. cap. 7. **O**Mnis presbyter qui fontem lapideum habere neuerit, vas conueniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur, militer ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur, in quibus nihil aliud fiat.

Vt nullus presbyter nisi in ciuitatibus baptizare praesumat, excepta causa infirmitatis.

Caput XIV.

Ex eccl. cap. 48. **N**Emo presbyterorum baptizare praesumat, nisi in ciuitatibus atque temporibus constitutis, nisi causa gritudinis, vel certae necessitatis, & loca illa auctoritate & priuilegia debita retineant.

Qualiter ei qui fidelis existere voluerit, baptismum fitriuendum. Cap. XV.

Ex decr. Clemēti. papae, cū. Etis fidei libus mis. ca. 62 **S**i quis ergo fidelis voluerit existere, & desiderat baptizari, exodus prioribus malis de reliquo pro bonis acti ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, atque a libus misericordia audiat mysteria regni celorum. Leuiniis frequentibus ram impendat, ac semetipsum in omnibus probet, vrimense iam consummando, in die festo possit baptizari, prizetur unusquisque in aquis perennibus nomine trinitatis beatitudinis inuocato super se, per unctus primo oleo orationem sanctificato, ut ita demum per haec consecrata possit percipere locum cum sanctis.

De martyribus qui sine baptismo martyrium suscepereantur. Caput XVI.

Ex dictis Augusti.

CAt hecumenum quāuis in bonis operibus defunctus vitam habere non credimus, excepto duntaxat, martyrii sacramenta compleantur. Baptizatus confiteretur fidem suam coram sacerdote, & interrogatus responderet. Hoc idem martyr coram persecutore facit, qui & confiteretur fidem, & interrogatus respondet. Ille post confessionem aspergitur martyrio, vel vero aspergitur sanguine, vel tibgi urigne. Ille manus impositione pontificis accipit spiritum sanctum. Hic habitaculum efficitur spiritus sanctus, qui non est ipse qui loquitur, sed spiritus qui in illo loquitur. Ille communicat Eucharistia in commemoratione mortis.